



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati
mortalis Libri Qvinq[ve]**

Pelecyus, Johannes

Monachii, 1615

VII. Ignobilis homo est, miser, quâ intellectu constat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

Ignobilis homo est & miser, quā intellectu constat.

Elus enim vsu, initio conditionis suæ, septennio circiter caruit, tenebris obsessus, caroq; adeo senior fuit, ut pote quæ simul cum homine & nascitur, & vires explicat, quod intelligitæ nō datur. Vnde & bestiis ipsis hac in re homo miserabilior est, ut D. August. notauit, hunc in modū scribens: *Pulli etiam minutissimi & currunt, & matres agnoscunt;* nec sugendis uberibus cura & ope ad mouetur aliena, sed ea ipsi in maternis corporib^o loco abdito posita mirabilis facilitate nouerunt. *Cotra homine nato, et nisi ope nutrietis admotis labris papilla uberis ingerantur, nec ubi sint sentiunt,* & juxta se jacentibus mammis magis possunt esuriētes flere quam sugere. Cū eum deinde usum attingere incipit, & ad artes, vel rerum natura-

*Lib. I. de
pec. mor.
& remis.
c. 32.*

lium

lium Scientias se conuertit, præter sciendi desiderium, sibi à natura inditum, vix aliquid, quo iuuetur, ex se habet; reperit etiam tantam ea in re difficultatem, ut ignorare, quam discendi labore sustinere velit. Id D. Aug. his verbis testatur: *Sine labore nihil sci-
mus, discimus cum labore, & plerique
sic discendi laborem fugiunt, ut ma-
lant in perpetuis ignorantiae tenebris
versari, quā laborem subire ad discen-
dum necessarium.* Cùm cum tam
en præsciendi desiderio, deuo-
rare connitur, ope aliena, labo-
re, sudore, experientia, & tem-
pore benè longo opus habet, ut
tenebras, quibus immersus est
discutiat, scientiā aquisita. Cui
tamen errores & falsitates, mul-
tae misceri solent, recte ut dice-
re possit. *Didici scientiam, didic-
& errorem;* vel illud etiam cum
Socrate: *Hoc unū scio, quod nihil scio,*
prop-

Lib. 22.
C. 22. c. 2

120 *Degravitate pecc.mort.*

propter eam etiam rationem,
quod maxima pars eorum, quæ
scit, minima eorum est, quæ ne-
cit; Vnde illud natum videtur:
Eecl. 1.18. qui addit scientiam, & laborem addi.
Sæpe etiam peruersa, vel minus
necessaria certè cognitio est, que
magnō labore paritur. Ut illos
& summè necessaria est Dei cog-
nitio, cui cultus, honor, & amor
debetur; finis deinde hominis,
in cuius consecutione felicitas
consistit; mediorum item earū-
que rerum, per quas ad beatam
vitam perueniri potest & debet;
sui tandem notitia & delicto-
rum suorum. Sed videt homo,

Matth. 7.3

festucam in oculo fratris sui, &
trabem in oculo suo non videt;
manticæque quod in tergo est;
sicq; cum in honore esse posset,
non intelligit, comparaturque
iumentis insipientibus, illisque

Pſ. 48. 13.

similis fit. *Videt sapitq; terrena, vt*

D. Pau

D. Pau
su ad e
afferu
nia ho
& ign
tione
est, der
volunt
adiuta
perfid
dere a
marc.
serpen
Deum

Pecca

V
pa
acepit,
quo, su
lum, su
sus, no

D. Paulus ait, præcipitique cur- *Phil. 3. 19.*
 su ad ea fertur, quæ ei exitium
 afferunt & perniciem. Quæ om-
 nia hominis impij & vilitatem
 & ignobilitatem, quatenus ra-
 tione & intelligentia præditus
 est, demonstrant; pessimam item
 voluntatem, rationis ingenio
 adiutam, qua is Deum infami
 perfidia, & atroci iniuria inua-
 dere audet. *Erubescit Sidon, ait*
mare. Apage insane peccator,
 serpens Lybice desine insanire,
 Deumque offendere.

CAPVII VIII.

Peccator spectata sua voluntate,
miser est.

Voluntas, per lapsum primi
 parentis, graue malitiæ vulnus *I. 2. q. 3.*
acepit, ut D. Thomas loquitur, *ar. 3.*
 quo, suo quasi momento, ad ma-
 lum, sub specie boni, iudicium sen-
 sus, non rationis, quod debebat,
 G sequens,